

DE UNICORNU. 359

C A P. XXXVI.

Ebur an Cornu dicendum. Ejus usus, & dignitas varia ex Vett. probatur. Tullio lux: deque ebore Cautio.

Secundum ab hoc Ebur succenturiatas Monoceroti operas præstat merito, ut videtur, suo, quòd & nomen Cornuum imitetur, & operationis gloriam velut æqualem trahat. Cornu nomen à *Iuba* Philosopho antiquo impetraverat sine aliorum consensu, ut memoriæ reliquit *Plinius* lib. 8. cap. 3. istis verbis: *Prædam ipsi in se expetendam, sciunt solam esse in armis suis, quæ Juba cornua appellat*, *Herodotus tanto antiquior, & consuetudo melius, dentes*. Conjectura *Iuba* duplici fulcro sustentatur; nam dentibus idem qui cornibus usus ad tutelam datus sui que defensionem, ut *Apro*: eadem quoque propemodum materia, teste *Aristotele* lib. 3. de Hist. cap. 9. unde etiam tantâ figuræ similitudine junguntur, ut non rarò

I
e forami-
latere in
Quod
tempo-
ne quid
datur si-
applice-
bis cum
tura pu-
m Car-
eres ad-
& can-
duabus
tenere-
opiatam,
morbo-
m sepla-
Vir can-
si quin-
ropinare
o Spag.
propo-

C A P.